

# Electronic Manipulus florum Project

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Predicacio ad cum editione moderna

Predicatoris uita semper in alto debet fixa permanere, ut more narium discernat fetores uiciorum odoresque uirtutum.

Gregorius ibidem [omelia XI. super Ezechielem] super illud: Nasus tuus sicut turris Libani.

Sicut enim turris in monte idcirco ad speculandum ponitur, ut hostes qui uenient longius uideantur, sic praedicatoris uita semper in alto debet fixa permanere, ut more narium discernat fetores uitiorum odoresque uirtutum.

Gregorius Magnus, *Homiliae in Hiezechiel prophetam*, 1, 11, 7 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.172, ll.143-146).